„ *cedere, ſed potius donatorem rem oblatam ob deficientem Donatarii* „ *acceptationem jure revocare poſſe non dubitem.* b)

a) In Theſibus juridicis Teutoburgi ad Rhenum ventilatis 1778. Theſi 3.

b) Eadem effatur ZOESIUS in Commentario ad Pand. Lib. 42. Tit. de Confeſſis N. 16. " *Præterea hujusmodi Confeſſio* (liberatoria) *continet* „ *ſpeciem quandam donationis, quæ non eſt firma, priusquam acceptata* „ *fuerit, ut traditum eſt ſupra de Donationibus; ante enim liberum* „ *eſt promittenti donationem revocare.*

POSITIONES
EX
UNIVERSA JURISPRUDENTIA.

1. Jus naturæ complectitur Leges naturales hominum officia determinantes.
2. Non adæquata videtur eſſe diviſio officiorum erga Deum, erga nosmet ipſos, atque alios.
3. Inter præcipuas familiarum ſpecies eſt ſocietas conjugalis, quæ ſingulis præcepta dici nequit.
4. Jus gentium non eſt niſi jus naturæ ad gentes applicatum, ideoque ab illo non diſtinctum.
5. Genti in gentem poteſtas nulla competit.
6. Nihilo tamen minus bellum inter gentes juſtum & licitum eſſe poteſt.
7. In Civitate Imperans neceſſario exiſtit.
8. Ex pacto ſubjectionis determinantur jura imperantis & ſubditorum.
9. Jura in Imperantem translata revocari abſque imperantis conſenſu nequeunt.
10. In Eccleſia revera regimen ſacrum exiſtit.
11. Regimen hoc ſacrum à Chriſto Corpori Epiſcoporum hierarchico concreditum eſt, & pari quidem inter ſe apoſtulatus jure ſalvo tamen Primatu Petri.
12. Minor impubet ſeptennio tamen major licite & valide ſponſalia contrahit.
13. Pubertate adepta reſilire poteſt ſi ſponſalia reclamet.
14. Si autem ſponſalia in impubertate contracta juramento fuerint vallata adepta pubertate non poſſunt reclamari, id quod omni dubio caret, ſi contrahens ſponſalia fuerit pubertati proximus aut malitia ſuppleat ætatem.

15. Jus civile Romanum in subsidium tantum jure patrio deficiente, obtinet.

16. Transactio ex capite læsionis enormis rescindi nequit

17. Statuta non strictæ sed eidem cui leges interpretationi subjacent.

18. Furiosus si habeat dilucida intervalla valide & mortis causâ & inter vivos disponere potest, licèt actu sub curatela sit.

19. BOEHMERUS in commentario Pand. Tit. de pactis §. 26. sibimet ipsi contradicit, si, stante divisione pactorum in obligatoria & liberatoria, ad liberatoria non requirit acceptationem.

20. Errant, qui Edicti divi Marci negant usum hodiernum.

21. Locator prænumerata sibi à conductore mercede non videtur renunciâsse beneficio *Legis* 3. *Cod. de Locat. cond.*, si tempore prænumerationis propria necessitas nondum extitit.

22. In compensatione debet adesse mutuum creditum & debitum.

23. Cum grano salis accipienda est regula juris: magis æquitatis, quam stricti juris habenda est ratio.

24. Liberi expositi in thesi non semper pro illegitimis habendi sunt.

25. Jurisjurandi delatio est probatio in continenti liquida & in ipso processu executivo conceditur.

26. Cessionarius mota super cessione controversiâ cesso debet probare titulum, & in hujus probatione non statim juvatur cessionarius assertione cedentis, sed pro rei circumstantiis locum obtinet juramenti delatio.

27. Unicus testis in probatione non relevat.

28. Nec duo, si sibi repugnent.

29. Ex interpretatione legum aut negotiorum civilium verba non sunt captanda.

30. Constitutio *Legis Rhodiæ de jactu* non indistinctè locum capere videtur, si propter exortum incendium ædes in civitate sunt demoliendæ.

31. Contra sententias ad res judicatas de jure Germanico rectè petitur restitutio in integrum.

32. Circa locationem conductionem jus germanicum non multum recedit à jure communi.

33. Unio prolium suam originem petit ex jure germanico.

34. Errant, qui Constitutionem provincialem Moguntinam quoad unionem prolium pro lege universali in Imperio R. Germanico jactitant.

35. In summis Imperii tribunalibus contumacia nonnisi allatis causis moræ purgatur.

36. Auream Bullam nec Carolus IV., nec Jurisconsultus Bartolus, sed juxta veriorem sententiam Clericus quidam concepit.

15. Jus

37. Liberæ Imperii Civitates eodem, quo ceteri Status Jure territoriali gaudent.

38. In circulo Rhenano Westphalico Directorium una cum Episcopo Monasteriensi habuerat Dux Juliacensis. Hujus loco nunc ex transactione Anno 1665 inita tenent Elector Brandenburgicus & Palatinus Neoburgicus conjunctim quidem, sed ita tamen, ut in munere ipso vices alternent.

39 Juxta capitulationem novissimam hodiernis temporibus integrum est Statibus Circulorum non rogato ante consensu Imperatoris convenire.

40. Conclusio in Conventu circulari fit per majora, atque à Directoribus in Recessum redigitur, qui subscriptione & sigillis munitus in Archivium Circuli reponitur

41. Non raro plures Circuli consilia communicant in negotiis communibus, qui inde dicuntur korrespondirende Kreise.

42. Vasallus qui Feudum petito, sed non impetrato Domini directi consensu necessitate adactus alienat, non potest puniri pœnâ caducitatis, saltem de praxi.

43. Sonnen = Lehn eadem Feuda sunt, quæ vero idiomate appellantur sein Lehn.

44. Si Vasallus in Dominum deliquêrit, sive Feudum sit novum sive antiquum, redit Feudum ad Dominum.

45. Analogia, quæ ducitur à Feudis ad Allodia, non subsistit.

46. Ut Capitalia in Electoratu Coloniensi jure immobilium regantur, requiritur, ut A) exposita sint in annuas usuras, & B) in loco, qui pertinet ad Electoratum.

47. Juri devolutionis pacto derogari potest.

48. Expressio vocis: Cambium Wechsel ad substantiam negotii cambialis requiritur.

49. In Cambio nullæ exceptiones, nequidem exceptio de non numerata pecunia locum capit.

50. Errant, qui natales Cambiorum in expeditionibus cruciatis quærunt.

51. Concubinatus hodie inter Catholicos rationem veri criminis habet.

52. Si delictum relegatio tantum vel carcer mulcta sequatur, nec reus ejus sit conditionis ut in eum fugæ suspicio cadat, carceri non datur locus.

53. Errant, qui accusationem inter abrogata referunt.

OPPUGNABUNT:

D. HERM. JOSEPH. WITTHOFF,
D. JOAN. LAURENT. FIRMENICH,
D. PETR. JOSEPH. DIETHIER,
D. ARNOLD. ROHR,
) Agrippinates, Philosophiæ Doctores & LL. Candidati.

37. Liberæ Imperii territoriali gaudent.

38. In circulo Rhe Episcopo Monasterienſi
habuerat Dux tione Anno 1665 inita-
tenent Electo tus conjunctim quidem,
ſed ita tamen

39 Juxta capitulati tegrum eſt Statibus Cir-
culorum non nire.

40. Concluſio in C Directoribus in Receſſum
redigitur, qu iviam Circuli reponitur

41. Non raro plure tiis communibus, qui
inde dicuntur

42. Vaſallus qui F ni directi conſenſu ne-
ceſſitate adact citatis, ſaltem de praxi.

43. Sonnen = Leh appellantur ſein Lehn.

44. Si Vaſallus in novum ſive antiquum,
redit Feuden

45. Analogia, quæ ſtit.

46. Ut Capitalia i regantur, requiritur, ut
A) expoſita f pertinet ad Electoratum.

47. Juri devolutio

48. Expreſſio vocis tii cambialis requiritur.

49. In Cambio nu non numerata pecunia
locum capit.

50. Errant, qui n iatis quærunt.

51. Concubinatus nis habet.

52. Si delictum re , nec reus ejus ſit con-
ditionis ut i datur locus.

53. Errant, qui

D. HERM.
D. JOAN. grippinates, Phi-
D. PETR. ſophiæ Doctores
D. ARNOL LL. Candidati.

TIFFEN® Color Control Patches
© The Tiffen Company, 2007
Black
3/Color
White
Magenta
Red
Yellow
Green
Cyan
Blue
Inches
Centimetres